



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CXV. Tudertina fideicommissi de Accursiis. De extensione fideicommissiad filios primi substituti vel gravati in exclusionem ulterioris substituti ex dispositione textus in l. cum avus, & l. cum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

delata fuit Ioanni Baptista Ioanni Baptista patri, hinc in bonis testatricis orta controversia inter dictos de Giacchetis, ac dictum heredem super substitutionis purificatione in Curia Episcopali Bituntina. prodiit sententia absolutoria hæredis r i c o n t i n a. prodiit sententia absolutoria hæredis r i c o n t i n a. atque commissi per appellationem causa in Rota coram Albergato, datoque dubio An constaret de fideicommissio, itaut danda esset immisio, sub die 12. Martii 1671. affirmativa prodiit resolutio, atque decisio desuper edita habetur impressa dec. 377. p. 11. rec. & reperit post Censal. ad Peregr. dec. 18. cui resolutioni victus acquievit, insistendo magis super detractionibus eorum penè assem hereditarium abforbentibus, dum inter detractiones prætendebatur integra ejsdem testatricis dos debita filiis uti filiis iure proprio in vim consuetudinis illius Civitatis, ac desuper prodiit resolutio ipsi reo favorabilis, deindeque causa concordata fuit; Atque de hoc secundo puncto doris seu consuetudinis prædictæ habetur actum in hac eadem causa sub die de dote disc. 144.

Quatenus igitur pertinet ad primum punctum fideicommissi, non controvertatur regula ex parte rei conventi deducta, quam ego scibens pro actoribus iam præsupponebam, super caducatione fideicommissi conditionalis resultantis ab obitu substituti ante institutum, ac negatione transmissionis ad proprios filios. Sed punctus erat in pariter recepta limitatione ex conjecturis, ex quibus quamvis versaremur in dispositione transversalis (quo casu pariter receptum est, maiores ac efficaciores requiri conjecturas, quam in illa ascendente) iudicatum fuit limitationem resultantem, Atque resolutio, reflectendo etiam ad veritatem, visa est iusta beneque fundata.

Concurrere siquidem conjecturæ generales, de quibus in pluribus proximè præcedentibus discursibus, ac etiam disc. 98. ex auctoritatibus ac decisionibus ibi allegatis resultantibus, Primò scilicet, quod positi essent filii in conditione; Secundò, ex qualitate legitimorum & naturalium eis adjecta; Tertiò ex aliquo digressu ad plures gradus, Et quartò ex prohibitione alienationis, quæ tamen utpotè vaga & generales in quocunque testamento aliquam substitutionem continente frequentius adjici solita, solæ & de se se non videntur sufficere, bene tamen operativæ sunt, concurrente aliqua conjectura speciali magis proximè huiusmodi voluntatem suadente, vel denotante.

Dux autem conjecturæ speciales in hac facti specie concurrerunt id bene concludentes, Primò scilicet dicta ulterior substitutio loci pii minus dilecti, quam essent filii primi substituti ad eius exclusionem in conditione positi, atque in illorum concursu quamvis transversalium habèdi iure extranei; Tunc enim intrat ratio absurditatis expensa in d. disc. 98. quod scilicet cessat ratio favoris assistentis libertati bonorum, seu cessat altera ratio prohibitoria extensionis fideicommissi, ac prorogationis servitutis, dum nisi transmissarius succederet, subintraret alia substitutio ad favorem loci pii non defecturi, & cui obstat non poterat caducatio gradus præcedentis ob vulgarem in fideicommissio alias anomaliam, iuxta theoreticam Bart. in l. quamdiu num. 10. ff. de acquir. hered. latissimè in specialibus terminis pie causæ canonizatam in Ravennaten. bonorum coram Corrado decis. 12. par. 10. rec. & in aliis de quibus supra in Perusina fideicommissi de Ansideis disc. 107. & in aliis ibi proximis, dum in hac facti specie non concurrerant circumstantiæ tales, quæ suadere possent,

quod dicta substitutio concepta esset per solam fideicommissariam juxta alteram theoreticam Angeli in eadem quamdiu de qua eodem disc. 107. Ideoque pernacelle succedere debuisset dictus locus pius ulterior substitutus minus dilectus, excludendo illos filios, qui ad eiusdem substituti exclusionem positi fuerunt in conditione, & consequenter prædilecti Et propterea nè resularet superius insinuatam absurdum, præpotens resultat conjectura transmissionis inductiva, ut d. disc. 98. ubi habentur auctoritates huiusmodi conjecturam canonizantes; Et quidem videtur satis efficax, magnique faciendæ, quoniam non resultat à formalitate verborum & clausularum, quæ ex Notariorum stylo frequentius apponi solent, sed ex ipso facto, etiam in sensu humano seu naturali talem voluntatem verisimiliter suadente.

Altera erat magis proxima conjectura facti, quæ d testatrici probatur insensus dictus eius, vir hæredis gravati respectivè pater, non solum per extrinsecas probationes desuper deductas, sed etiam ex ipso met contextu testamenti, dum vivente filio hæredè instituto, testatrix ei prohibuerat, tam usufructum quam administrationem, aliaque ordinaverat viro odiosa dictam averfionem clarè denotantia; Ideoque sciens, quod eius filio ab intestato morientis ipse vir tanquam pater & unicus proximior succedere debuisset, ita huic per eam abhorritæ successioni occurrere voluit, non solum per substitutionem sororis, quæ præmoriens hæc filii substitutio caducari potuisset, sed etiam per ulteriorem substitutionem loci pii nunquam defecturi, per quam ita de hoc reddebatur tuta, istaque conjectura in specie odibilitatis eius, qui data substitutionis caducatione, fuisset verisimiliter successurus, poteratur per DD. de more collectos per Fusar. quasi 490. num. 100. cum sequen. & num. 185. & per Buratt. decisione 568. numer. 9. cum aliis in hujus causæ decisione, quæ proinde solita remanet.

TUDERTINA FIDEICOMMISSI DE ACCVRSIIS.

PRO

LVDOVICO & FRATRIBVS
DE ACCVRSIIS

ET

PAVLO PHILIPPO
DE LÆLIIS.

Causa disputatus coram Arbitro, ac disputari præparatus in Rota, postea concordatus.

De extensione fideicommissi ad filios primi substituti vel gravati in exclusionem ulterioris substituti ex dispositione textus in l. cum avus, & l. cum acutissimi, etiam in testamento trans-

A a

versalis

versalis, Atque de suppletione per legem facienda casus per testatorem omitti, per eum tamen verisimiliter voliti.

SUMMARIVM.

- 1 **F**Acti series.
- 2 **A**uditors Rotæ etiam tanquam arbitri non iudicant absque disputatione in Rota.
- 3 **D**ispositio l. cum avus, & l. cum acutissimi procedit in descendentibus non in transversalibus.
- 4 **D**e regula prohibente extensionem de casu ad casum.
- 5 **D**e alia regula prohibente suppletionem casus omitti.
- 6 **D**e distinctione circa probationem voluntatis defuncti, an debeat esse solemnis vel sufficiat naturalis etiam admiculariva.
- 7 **Q**uomodo circa dictas regulas nu. 3. & 5. sit procedendum.
- 8 **Q**uod frater testatoris calibus habeatur loco filij, ipseque testator loco ascendens.
- 9 **D**eclaratur conclusio, de qua num. 4. super extensione.
- 10 **E**t alia conclusio, de qua numer. 5. super suppletione.
- 11 **Q**uod ista sit questio facti & applicationis.
- 12 **Q**uod in hac facti specie intraret extensio vel suppletio.
- 13 **T**estamentum preparatum & imperfectum attendi debet pro interpretatione vel conjectura.
- 14 **S**criptori testamenti est multum deferendum.
- 15 **P**onderantur aliqua imperfectiones testamenti, ex quibus constat indigere suppletione.
- 16 **D**e distinctione quando facilius, vel difficilius intrret extensio vel suppletio.

D I S C. CXV.

Mercurius de Accursijs, duos habens fratres uxoratos Attilium & Cynthium, quorum primus ob uxoris sterilitatem jam certificatam, cum ipsius Mercurij nimia displicentia de prole desperatus credebatur, in statu sanitatis, testamentum propria manu preparavit, in quo eosdem fratres æqualiter instituit cum reciproca inter eos, & cum perpetuo successivo fideicommissio, cum ordine primogenituræ in utriusque universa linea masculina, qua defecta, eandem primogenituram ordinavit in linea masculina eius fororis, cum onere assumendi cognomen & insignia, pluries explicata enixa voluntate contemplationis agnationis & conservationis bonorum in ea; Cum autem dicto testamento ita preparato, ad actum testandi non redacto, ex improviso gravi ac violento lethali morbo oppressus esset, hinc dictæ scripturæ preparatoris immemor, iniunxit Hieronymo Lælio ex dicta sorore nepoti Iuriconsulto, ut redigeret in scripturam eius voluntatem, eo quo potuit modo inter illius status angustias sibi communicatam, dictaque scriptura ob temporis brevitatem, ita ipso testatore mandante, ei non lecta, consignata fuit Notario juxta formam hodie frequentiore testamenti nuncupativi nuncupatione implicita, in qua legebantur instituti præfati Aquilius & Cinthius, quorum primo nullis in conditione positus filijs substituit alterum, cui substituit Franciscum Mariam unicum filium, quem tunc habebat, cum perpetuo fideicommissio cum ordine primogenituræ in universa eius descendencia, qua defecta vocavit cum eodem ordine primogenituræ,

prædictum Hieronymum, deinde eadem eadem fore nepotes, inuncto præcepto aliam cognomen & insignia, & renovandi familiam.

Post testatorem obierunt dictus Franciscus Cinthij filius, nec non duo ex dictis nepotibus, deindeque Cinthius, qui prole carere eadem scripsit quoddam Monasterium erigendum, seu pro eo Episcopus ex parte Aquilius verò, mortua prima uxore sterili, cum dispositionibus ad rem non facientibus, duxit secundam, ex qua plures filios suscepit, cum dispositionibus ad rem non facientibus, pingui alse heredes instituit, Unde sequentibus contra præfatos prætensionem excitata in dicto Mercurio obvenientibus, tam Monasterium erigendum, seu pro eo Episcopus ex parte Cinthij, quam Paulus Philippus filius unicus eius nepotibus ex sorore; compromittique *Tajam Rotæ Auditorem*, pluribusque eorum actibus congressibus, seu disputationibus, extensa difficultas, quod ipse non posset solus de quo laudum proferre absque disputatione in Rota, ex hujus Tribunalis stylo recentioribus par 2. diversis, unde propterea commissa in Signaturam Sanctissimi causa in dicto Tribunalis eodem *Taja*, preparati que informationis futura disputatione, illius occasione habita sequuta concordia, me laudante & cooperante, controversiæ finem dedit.

In disputationibus autem habitis coram Arbitro, ac etiam in Advocatorum congressibus pro causæ directione in futura disputatione in Rota, Dicebant scribentes pro actore, ac non dubitabant alij scribentes pro hac parte, quod nonnulli regulæ & conclusiones actori adversariis stabant autem reis conventis nullibi in rebus vocatis, unde propterea nullum habebat attendi titulum vel se opponendi; Non quod in hoc hereditario Aquilij eorum patris in preparatione, dum substitutio sibi facta ad favorem aliorum præmorientiam erat expressa, sed subintelligi non poterant in conditione substituti ex dispositione textus in l. cum avus ff. de heredi. demonstrat. & l. cum acutissimi Cod. de fideicommissis, dum receptum est regulariter dictorum preparationem procedere in disputatione ascendens cum descendentibus, quorum respectu illa attenditur in Bonon. fideicommissi de Volta di. q. 1. & in secus autem in disputatione transversalis, vel obiter, ut in specie de fratre latissime colligitur in *quæst. 397. numer. 1. ubi num. 6. refert pauca contra contrarium*, Et generaliter de extraneo *quæst. 397. ac dixit sapius Rota*, præsertim moderno tempore occasione articuli, seu quæstionis super impeditæ resolutione numeri pluralis in singularitate assentiã personæ prædictæ in *Romana fideicommissi Ferratinis 14. Maij 1666. 14. Januarij & 22. Decembris 1667. & 5. Martij 1668. coram Oratoris & in eadem Junij 1669 coram Carpinea.*

Minusque jure propria expressæ vocatiõis illa nullibi legebatur expressa, ubi verò prætenditur per extensionem, vel per suppletionem casus omitti, tunc in utroque obstant regulæ prohibens tam extensionem de casu ad casum quam suppletionem, ut de extensione plenè colligitur elaboratè diligentissimus in hac parte nimium commensus, ac admirabilis *Fusar. quæst. 460 & alibi*, Et suppletione, ut pariter in jure prohibita in *collectore Fusar. q. 244. & magis expressè ubi cæteri.*

Si verò prætendebatur deduci extrinsecus, dicebant non sufficere aliquam probationem naturalem

6 sed requiri probationem solemnem per septem vel ad minus quinque testes, ut antiquioribus relatis plenè apud *Surd. conf. 129. Fusar. quest. 283. Castill. lib. 4. controu. cap. 19.* & Rota sæpius præsertim in *Romana annua præstationis 4. Iulij 1663. coram Bevilacqua im. pres. post. Zuff. de legitim. process. dec. 102.*, ubi canonizatur recepta distinctio, de qua sæpius sub tit. *de testamento*, inter illam probationem, quæ fiat pro interpretatione, seu corroboracione eius quod implicite contineri potest in testamento, & aliam probationem illius voluntatis, quæ nullatenus in testamento contineatur, sed tanquam omnia extrinsecus probari prætendatur, ut primo casu sufficiat sola probatio naturalis, quinimo etiam per testes singulares, ac præsumptiones & adminicula, in altero autem requiratur probatio solemnis tanquam super omnino nova & diversa dispositione.

Et hæc procedebant in portione Aquilij proprii patris, multò magis procedere dicebant in altera portione Cinthij patris, à quo magis remoti erant, adeo ut etiam si essent expressè in conditione positi, atque ex Statuto vel conjecturis vocati, adhuc regulariter talis vocatio intelligenda venit ad portionem proprii patris, cui positi sunt in conditione, non autem ad portionem patris ex pluribus deductis in præcedentibus ad hanc materiam filiorum in conditione positorum.

Ego verò scribens pro dictis filiis Aquilij reis conueniens, agnoscendo quod attento rigoroso legaleico iudicandi more, cum huiusmodi regulis ac propositionibus, seu cum litterali sensu doctrinarum, satis timendum esset; Hinc proinde, nedum consensum præstiti concordia, verum etiam suam, atque in ea aliquam habui cooperationem; Verum procedendo cum eo principio, quod pro meo sensu est anima huiusmodi fideicommissaria materia, omniumque casuum, in quibus de ambigua voluntate disputari contingat, ut scilicet non cortex & figura verborum, sed substantia verisimilis voluntatis attendi debeat, Advertebam, quod dictæ regulæ & conclusiones generales, quas in hac materia habemus, non inducunt probationem certam ac indubitatam, sed solùm præsumptivam in dubio attendendam, quando aliæ majores præsumptiones, & conjecturæ non urgeant, ex recepto pariter principio, quod præsumptio præsumptionem tollit, atque maior vincit minorem, cum similibus; Et sic dicebam quod vera quidem est regula, ut dispositio dictorum jurum in l. cum avus, & in l. cum acutissimi pro subintelligenda conditione, si sine filiis, procedat in descendencibus non autem in transversalibus vel extraneis, sed est regula inducens simplicem præsumptionem juris, non autem juris & de jure, neque prohibens, quin contrarium probari possit etiam conjecturaliter, ac adminiculative, ut absque contradiccionem est sensus omnium collectorum per *Fusar. d. qu. 394. & 397.*, cum nulla subit ratio dubitandi.

Fortius verò in hac facti specie, quando scilicet non agitur de dispositione extranei, vel remoti transversalis, ita ut dici mere personalis, ac proveniens à motivo affectionis erga personam, cujus favore dispositum est, & cujus personam non transcendat absque tractu successivo ad favorem eius filiorum, quia in eis non militet eadem ratio prædilectionis, quæ potius assistat substituto, & in qua ratione proprie fundatur dicta distinctio inter ascendentes & transversales, vel extraneos; Sed agitur de fratre cælibi testante ad favorem fratrum habentium uxorem, ac etiam in aliqua parte ad favorem

Card. de Luca de fideic.

eorum filiorum & descendenciam, cum fratres cælibes disponentes cum fratribus eorumque descendencibus, iure parentum in proposito censendi videantur, ideoque fratrum familia potius effectiva quam contentiva quo ad eos reputatur, dum experientia docet, quod major est amor patruorum cælibum, quam sit ipsorummet parentum, ut ponderatur supra in *Romana primogeniture de Bubalo disc. 25.*, & in alijs ibi proximis occasione agendi de distinctio inter familiam effectivam & contentivam; Et in specie istam consideracionem facit *Bardellon relatus per Fusar. dicta quest. 397. num. 8.*, qui licet nulla adducta auctoritate, vel ratione credathanc opinionem periculofam, attamen videtur probabilis, ubi potissimè non est sola, sed alia concurrunt.

Prò ut quàmvis regulariter prohibita sit extensio fideicommissi de casu ad casum, vel de persona ad personam, adhuc tamen receptum est, hanc regulam ex rationis identitate alijsque conjecturis limitari, quando casus vel persona ad quam fiat extensio, potest sub dispositione aliquo modo compræhendi seu contineri, ita ut non dicatur casus certitudinaliter novus ac omisus, ut latè ceteris antiquioribus relatis, *Mascard. de probat. conclus. 1135. num. 10. Mantie. de conjectur. lib. 3. tit. 19. nu. 8. circa finem, vers. secundo est advertendum Fusar. qu. 458. nu. 20. & 21. ceteri*, ac non negat *Surd. d. conf. 129.*

Idemque de alia regula prohibitiva suppletionis, quoniam cum voluntati magis quàm verbis ut supra inservire debeamus, atque sæpius contingat testatores mortis cogitatione turbatos, aut morbi vi oppressos, minus dicere, vel scribere quàm vellint, idcirco intrat quoque legis suppletio, vel subintellectus, qui magis intentionem, quàm extensionem importat, ad text. in l. Lucius ff. de liber. & posthum. l. mulier. ff. ad trebell. cum concord. plenè collectis per *Mantie. dicto lib. 3. tit. 19. num. 8. 15. & 16. Mascard. de probat. dicta conclus. 1135. num. 8. cum sequen. & num. 16. cum sequen. Fusar. dicta quest. 284. num. 4. quest. 458. n. 22. & sequen. & qu. 460. nu. 28. & sequen.*; omniumque melius & clarius probant eadem jura in l. cum avus, & in l. cum acutissimi; Ideoque totum potius videtur facti quàm juris; omnino certam ac determinatam regulam non habens, nisi quoties in casu mere obscuræ & ambiguae voluntatis cum solis regulis ac propositionibus generalibus procedere oporteat, secus autem ubi specialia magis urgent, quæ semper huiusmodi generalitatibus pravalere debent.

His ita constitutis; Quatenus pertinet ad applicationem, ponderatis insimul omnibus facti circumstantijs, nimis clara videbatur huius testatoris voluntas super perpetua conservacione bonorum in eius familia & agnatione vera, ex fratribus, eorumque filiis & descendencibus constituenda, eaque defecta renovanda per nepotes ex sorore ita subsidiariè vocatos, cum ipsa natura doceat, non recurrendi ad artem, nisi cessante natura, neque ad fictionem, nisi cessante veritate; Hac autem voluntas non solum (licet malè explicata) deduci videbatur ex ipsometestamento, sed etiam clarè comprobata remanebat; Primò ex dicto alio testamento per ipsometestatorem propria manu in statu valetudinis studiosè & accurratè ordinato, in quo huiusmodi ordinem clarè præscripsit, Licet enim ista scriptura tanquam simplex præparatoria omnino imperfecta esset, neque attendenda veniret tanquam testamentum; Attamen satis attendenda veniebat pro adminiculo seu pro interpretatione, ut de testamento informi *Cephal. conf. 41. nu. 23. Marta de success. par. 4. q. 1. art. 7. n. 9.*

A a 2

Es

Et secundò fortius, ob confessionem eiusdem Hieronymi, qui testamentum de ordine testatoris scripserat & composuerat, dum in factò justificabatur ipsum pluries dixisse, quod ipsius fratres, eorumque filij ac descendentes ad hanc successionem aspirare non possent, nisi omninò defecta linea masculina prius vocata; Scriptori enim testamenti, cui testator suam voluntatem communicavit, in iurium deferendum esse advertitur ceteris relatis per Mantice de coniect. lib. 3 tit. 1. num. 13. Rovit super pragm. secunda de Notariis n. 20. Capyc. l. v. consult. 143. num. 39. & num. 48. cum sequen., Rota in dicta Romana annue præstationis coram Bivilaqua dec. 102. post Zuff. de legum. process. & in alijs; Attenta potissimè verisimilitudine dictæ confessionis, utpotè contra proprium interesse eius personæ, ac fratrum & domus.

Quòdque dictum testamentum esset in pluribus mancum, ideoque suppletionem indigeret, plures faciebant ponderationes; Primò scilicet, quod cum benè in factò constaret, quod testator æquè diligebat Aquilium, ac Cinthium, quinimò magis primum quàm secundum, non videbatur subesse ratio, cur vocare voluisset filios Cinthij, & non illos Aquilij, æquè ac magis dilecti, ad quos non cogitasse, referri poterat ad præsuppositum sterilitatis uxoris quam tunc habeat; Et secundò, quia Cinthio substituit solum unicum filium, quem tunc habebat, omisit autem alios quos in futurum procreare poterat contra omnem verisimilitudinem. Potissimè verò attento modo, cum quo huiusmodi voluntas per moribundum gravi ac violento morbo oppressum communicata fuerat, Undè propter omisso magis referri poterat scriptori, quod non benè percepisset ac explicasset, quam ipsi testatori; Ideoque si propositio, quod minus scriptum quàm dictum, seu minus dictum quàm volitum, admittitur etiam ubi ageretur de testamento scripto vel dictato ab eodem testatore, multo magis ubi ab alio, absque eo quod testator illud extensum audierit, & in dictis angustijs.

Ponderatio etiam, ac potissimè, quod non agebatur de inducendo extensionem vel suppletionem, ad effectum prorogationis illius fideicommissi quod aliàs expiraret, & sic de impediendo bonorum libertatem aliàs resultantem. quo casu verè ac propriè ob libertatis favorem ac servitutis odium magis strictè procedunt dictæ regulæ, suppletionem vel extensionem negantes, atque in his terminis loquuntur ferè omnes de huiusmodi regulis agentes, dum fideicommissi servitute vel onere adhuc duraturo, agebatur de sola pertinentia, seu prælatione ad favorem personæ prædictæ in exclusionem minus dilectæ juxta distinctionem in disc. proximè præcedentibus insinuatam in proposito transmissionis cum similibus; Et ex his pro meo sensu credebam, justitiam huic parti assistere contra actorem, pro cuius exclusione si fuisset iudex respondissem; Adhuc tamen timebam, atque consului concordiam, ex eo quod hodiè isti discursus reputantur ingeniosâ ratiocinia Advocatorum, atque nescimus recedere à regulunculis, & doctrinellis, istas ut vulgò dicitur iudaico more attendendo in sola littera.

o (S)

o

SENOGALLIENSIS FIDEICOMMISSI DE VERZILLIS

PRO

PANTHASILEA VERZILLA

CUM

FRANCISCA MENCHETTI

Casus disputatus in Rota, & sequenti concordiam.

De extensione fideicommissi ad filium omnium, ad materiam in l. placet ff. de liberis & posthumis, scilicet institutio, vel respectu institutio facta de posthumo, seu in tre prægnante Vxor, conveniens is postmodum ex eadem vel de Vxore procreatis.

S V M M A R I V M.

- 1 **F**acti series.
- 2 **A**d text. in l. placet de liber. & posthumis institutio posthumo, institutio conveniens ex eadem vel alia uxore ex alia prægnante.
- 3 **D**atur distinctio, incerta uxor demonstrativa text. in §. si quis ex certa.
- 4 **E**xaminatur ratiocinando veritas dictæ distinctionis & quando locum habere debeat.
- 5 **T**ota questio est volumatis non potestatis, & servit ad videndum, cui assistat juris præsumptio contrariis præsumptionibus elidibilibus.
- 7 **H**odiè sublata sunt antiqua verborum formulae, & institutio filiorum per quacunque verba formata.
- 7 **E**xaminantur præsumptiones & conjecturæ, & incerta uxor potius demonstrative quam servit stare dicatur.
- 8 **E**xpenditur ratio, in qua fundatur text. in §. si quis ex certa.
- 9 **D**e modis, quibus antiquitus posthumorum præsumptio fiebat.
- 10 **P**aria sunt non nasci, vel in pupillari auctore deponere.

D I S C. CXVI.

Tiberius Verzillus heredem instituit Alexandrum filium, cui sine filiis mortuæ filia Panthasileam filiam, & ejusque filios, & legatario te testatoris, Alexander de anno 1623. testamentum condidit, in quo heredem instituit veterem prænantem Cleria uxoris, si gravida esset, & prædictam Panthasileam sororem, sed cum in infirmitate, quæ tunc testator occalorem de convaluisset cum diuturna supervivente, & Cleria prima uxore nulla suscepta prole decessisset, secundam duxisset uxorem, ex qua filium legitimum Joannam Felicem nuncupatam, atque de anno 1624.